



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

21. An etiam illis, quorum omnia corporis membra pestifero sudore madent, vel quorum anhelitus præter solitum immodice foetet?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## QVÆSTIO XXI.

*An etiam illis, quorum omnia corporis membra  
pestifero sudore madent vel quorum anheli-  
litus præter solitum immodice  
færet?*

*Quæstionis explicatio.*

**D**Octores Medici inter alia sympto-  
mata, quæ peste infecti patiuntur, &  
ista duo enumerant: Anhelitum ipsorum,  
quando morbus inualuit, supra modum  
grauem esse, & omnia corporis membra  
sudore lethali, & contagioso madere, quæ  
non paruum adferunt ministraturis hoc sa-  
cramentum periculum. Horum occasione  
quæritur, an & illis teneantur pastores mi-  
nistrare hoc sacramentum.

*Responsio.*

**Q**Vando peste infecti dictis sympto-  
matibus & similibus laborant, non  
tenentur pastores hoc sacramentum ministrare,  
dummodo alia duo sacramenta, puta, Pœ-  
nitentiæ & Eucharistiæ vel alterum illorum  
receperint. Prior pars probatur ex iis, quæ  
breuiter ante diximus, & explicatur aper-  
tius, quia circa huiusmodi peste infectos,  
iudicio medicorum non valent ordinaria  
remedia, quæ adhiberi solent ad vitandum  
contagio



contagionis periculum: nam & anhelitus illorum circumquaque diffusus instar cadaveris graue olens, & ipse sudor cōtagione corruptus aërem ambientem ita infecerunt, vt certam quasi accedentibus contagionem minentur, quod Lucanus de peste infectis loquens, scite expressit, his verbis:

*Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,*

*Raucida, quo perolent proiecta cadauera ritu.*

Dixi, (dummodo egri alia duo sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ vel alterum illorum receperint) quia si non receperunt, tenebitur pastor etiam in hoc casu istud ministrare, siquidem fideles minus exercitati in rebus, spiritualibus, salutem suam concernentibus, non solent fiderè conscientiaë suæ sine sacramento, & fere magis sint attriti, quam contriti, vt merito pastor dubitare debeat de illorum salute, nisi hoc saltē sacramentum illis ministret, per quod de attritis fiant contriti, & sic foeliciter ex hac vita emigrent.

Dices: Tenetur ergo pastor certo periculo vitam exponere, vt Extremam Vnctionem ministret?

ꝛ. Non simpliciter; secus in casu quo nullum aliud potest ministrari sacramentum, vt aliquoties ante diximus.

Ee 4 QVA